



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. De obligatione restitutionis orta ex culpa in propriè dicto contractu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

partialis culpa gravis, nec pœnalis pœna gravis. Ita Mol. loc. cit. de Lugo l. cit. sect. 9. n. 123.

10. Excipe tres casus: Primò, si in pactum deductum sit, debere rem restitui, etiam si res fortuito pereat. Quod pactum potest fieri licite in gratis commodato, & similibus: non verò, quando quid locatur, v. g. iusto pretio; quia tunc ejusmodi onus esset supra pretium iustum atque adeò illicitum.

11. Secundò excipe, si res in mora culpabili restitueretur, tunc enim obligaberis ex dilecto iniuste detentio- nis, & recurrent ea, quæ supra, de iniusta retentione in secunda radice restitutionis dicta sunt.

12. Tertiò, Excipe, si commodatarius, v. g. ad alium usum præter voluntatem domini re culpabiliter utatur ut si equum commodatum ad unum iter, ducat ad ali- vas argenteum commodatum pro sua domo, foras à do- mo efferat, unde equus, & vas dperdantur: tunc enim ipse dat causam casui fortuito. Debet tamen ut innui- tum in mora, tum in dolo, usu, adesse culpa gravis, si enim bona fide paret ea non displicere domino; non est obligandus nec ad restitutionem rei, nec damnorum, quæ inde secuta fortè sunt, ut si dominus ad usum sit compellus aliquid accipere.

Et universaliter damnum alteri inferens sine mortali ad restitutionem non teneri, notat Ianuarius p. 1. ref. 10. 13. Si rem commodatam, & universaliter quodcum- que aliud debitum per nuntium domino quis remittat, & hic nuntius rem illam furetur, an absolvatur de- bitor ab iterata restitutione? Vide apud Doctores & de Lugo l. 1. de iust. d. 1. sect. 9. num. 127. & nos dicemus Tract. 4. c. 1. §. 5. num. 3.

§. II. De obligatione restitutionis orta ex culpa in quasi contractu.

1. Quamvis major obligatio diligentiae apponenda exigi soleat in rebus habitis per verum contra- ctum, v. g. per commodatum, depositum, &c. quia tunc adest pactum magis explicitum de custodienda re, quam quis recipit: quam requiratur in officiis, tutelis, artibus, &c. quæ sunt, ut modò diximus, quasi contra- ctus; in quibus solum adest implicitum pactum de be- ne administrando officio: tamen cum in conscientia utrobique sit, seu intelligatur non dissimile pactum, re- gula erit universalis: Ante sententiam Iudicis neminem obligari in conscientia ad restitutionem ex officio, tute- la, professione, &c. si hæc aliquis exerceat in gratiam dumtaxat aliorum, ut est Medicus, cui merces non da- tur, siue etiam sui, ut si eidem merces detur, siue ad officium à superiore exponatur, siue officium emerit, ex de Lugo tom. 1. de iust. disp. 8. sect. 7. neminem inquam obligari in conscientia, nisi ex culpa Theologica morta- liter gravi. Ita Valq. de restit. cap. 2. §. 2. dub. 5. Lest. l. 2. cap. 7. dub. 7. de Lugo, loc. cit. sect. 7. num. 93. cōtrarius vi- detur esse Dicast. lib. de rest. tract. 2. disp. 3. dub. 3. num. 86. Ratio fundamentalis est similis, ac supradicta, quia nun- quam homines (siue gratis, siue ex pretio serviant), in dictorum munerum susceptione, vel traditione (præscindendo à nova promissione) intendunt se vel alios obligare, nisi ad adhibendam in suo munere diligentiam moralem, & humanam, non verò exqui- sitissimam, sed illam, quam mortaliter quis adhibe- ret, si solum bono huic ipsius tota administratio cederet. Hanc autem moralem si advertenter non ponant, obligabuntur sanè ad restitutionem omnium damnorum ut ex dictis patet.

2. Illud tamen iterum, iterumque moneo, lib. 1. cap. 3. §. 1. v. Depositum, & hoc lib. 8. tractat. 3. cap. §. 2. num. 4. & nuper §. 1. num. 5. tum in rebus gravius, tum in acceptis ob solum proprium commodum, majorem di- ligentiam requiri ad culpam mortalem evitandam: ac verò minorem in levioribus, vel in acceptis ob solum alterius utilitatem. Aliquæ illationes circa Advocatum, Medicum, Iudicem, & similes, ex dictis colligi possunt

quæ tamen, ne erres, sunt videndæ in superioribus, cap. 3. §. 4.

3. Dixi (præscindendo à nova promissione) in duobus casibus obligabitur quis, etiam in conscientia ad exquisitam diligentiam: Primò si accipiat contra- ctum cum promissione dictæ diligentiae exquisitissi- nam tunc tenetur ex pacto: maxime si ex hoc accipiat sit illi stipendium: Secundò si tacite ipsum promittat, ut cum quis se jactavit, meliorem alio, unde præ- hoc alios avertit à meliore, v. g. Medico, Autumno, &c. tunc enim damnum per se secutum ex dupli- tulo refarcire tenebitur, & quia imperitius est, & ex- per exquisitam diligentiam imperitiam suam compen- re nolit.

§. III. An rem commodatam, depositam, &c. quis in communi periculo preferre sua.

1. Instat incendium, vel tempestas, licetne, & lo- nore restitutionis possum res meas servare, præ- gendo, vel proiciendo potius res mihi commodatæ, depositas, &c. quam meas, &c. In foro agas externo, iura præsumunt, te tua ran- rem, aliquidque negligentem, ex dolo malo, libere atque adeò te cogit ad restitutionem, siue eas res tuas siue in alterius utilitatem habueris. Quod si res tuas longe fuisset pretiosior, quam tua, multò magis te de- demnant: Debuisset quippe rem pretiosam alienam co- stodire, nam ut bonus gestor negotiorum alienorum, po- tuisses referere pretium rei tuæ: Neque enim leges præ- sumunt adesse periculum, ne dominus contra has nega- quam tibi solutus sit pretium tuæ rei, nam leges præ- quam præsumunt delictum.

2. At verò cum hic agamus in foro conscientie, an mihi sint certa, alterum non nisi ambiguum.

Certum sit primò, si res propriæ sunt æque prece- sse, multò magis si sint pretiosiores, quam alienæ, quod modocumque hæc apud te siue in tuum, siue in alterius commodum extent, posse te in conscientia tuas res ali- nis præferre. Ita de Lugo, tom. 1. de iust. d. 8. sect. 10. n. 13. Bonac. disp. 3. de contract. quest. 1. p. 6. num. 23. Ratio est, quia nullus tenetur ad res alienas conservandas, quæ- que tandem contractus apud se remanent, faciendos traordinarias expensas: sed solum ad ordinarias, & co- munes: Neque enim commodatarius, v. g. obligatur ad alendum equum, vel servum in sui gratiam commo- datur; non verò, si fortè infirmetur, obligabitur ad eundem medendum extraordinariis, & sumptuosissimis medicamentis: poterit certè mederi, & aliquando debet si certò sperare, ut bonus gestor negotiorum domini pretium medelæ recipiat; at non, si non sperat. Ita depositarius, & creditor habens pignus, ne ad ordina- rias quidem expensas tenetur, nisi utilitatem, seu vi- vitium expensis æquale à deposito, vel pignore habere quia cum contractus depositi, vel pignoris sit solum gratiam illa apud te deponentium, non est æquum, ut ex illis damnum patiaris: ex his ergo fit, ut tu non ne- nearis ad servandam rem alienam cum detrimento re- tuæ æquæ, vel magis pretiosæ, quando non speras certò rei tuæ pretium recuperare: quia id esset conser- vate rem alienam cum extraordinariis tuis expensis, quod nemo (nisi clarè promiserit) se obligare in quod- modi contractibus intendit. Præterea si dominus, & dictum est, obligandus erit ad has extraordinarias ex- pensas tibi solvendas, jam obligabitur tibi totidem ve- vere, quot tu pro re ipsius expendisti: sed expendisti rem æquæ, vel magis pretiosam, ergo tanti erit ipsi do- mino, si rem ipsius prætulisti tuis, quantum, si non prætulisses. Ex qua secunda ratione fit, ut vix sit casus, quo possis sperare te tuum pretium recuperaturum, quia te dominus repellat, tanquam imprudentem gestorem sui negotij.

3. Certum sit secundò: in casu metaphyfico, quo sperares pretium tuæ rei recuperaturum, obligari te ad servandam